

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,
I.U.D. & P. Ad Exequias, quas Suavißimo puerulo Johanni von Lohn/ filiole
carissimo, Parentes moestissimi paratas cupiunt, Omnes Academiae Cives
invitat ...**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770976123>

Druck Freier  Zugang



Kleinschmid, J.

in

J. v. Lohse.

Rostock, 1638.

48.





Quo

Rector Universitatis Rosto-
chiensis

JOHANNES KLEIN-
SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXQUIAS,

quas

Suavissimo puerulo

JOHANNI von Lohn /
filio carissimo,

Parentes mœstissimi paratas cupiunt,

Omnes Academia Cives invitat.

Ad horam primam in templo S. Petri.



ROSTOCHII,
Literis NICOLAI KILII Academ. Typogr.

ANNO M DC XXXVIII.

Emportis hujus verni facies
ponit nobis ob oculos, nostræ vitæ
& conditionis fragilitatem, præser-
tim in pueris & infantibus. Ut enim
illud producit quidem flosculos novellos, sed va-
rijs tempestatibus eos ac fortunæ subjectos : Ita
omnes homines varijs morborū generibus, etiam
adultiores subjectos videmus, imprimistamen in-
fantes & puerulos, quævis aura lædit & affigit.
Quapropter Homerus eos *μωρωθαίς* appellat, qui
tempore non longo durant. Non longe abeun-
dum est, exemplum ejus rei exhibet nobis JOHANNES
von Lohn/ puerulus mellitissimus ac tenerrimus. Pa-
trem is habuit Reverendum, Humanissimum ac Do-
ctissimum virum Dn. MATTHIAM von Lohn/ Ec-
clesia Cathariniana hic in patria Pastorem. Matrem
ELISABETAM Koltzowen. Is hanc lucem ingressus
est, Anno millesimo sexentesimo trigesimo sexto die no-
no Junij, hora tertia nocturna, statim in sequenti so-
lenni S. S. Trinitatis festo. Et die regeneratus est, Cita
Ecclesiæ militantis membrum factus, nomen ascepit
pro avi paterni JOHANNIS. Avum paternum habuit
virum integerrimum Et spectatissimum MATTHIAM
vom Lohn/ qui de relictis bonis paternis Et maternis,
ob gravissimas pura Religionis persecutions, quibus in
patria terra maximè premebatur, ad hæc maritima
Oceanis

conferre coactus est. Is piè defunctus avus pater. 3,
postquam urbem hanc ingressus, singulari Dei provi-
dentia, propter singulares ingenii dotes & cognitionem
linguae Romanae, in amicitiam cum Reverendorum &
Clarissimorum virorum Dn. D. DAVIDIS CHYTRAEI.
D. JOHANNIS FREDERI, D. JACOBI BORDIN-
GII & aliorum, de hac Academia præclarè merito-
rum, tum & Amplissimorum & Prudentissimorum
in regimine urbano virorum, ut nonnullis spectatissi-
mis hujus Urbis moderatoribus adhuc bene constat,
pervenit. & ad extreum vitæ halitum in illorum fa-
miliari conversatione constanter permansit. Et quia
apud serenissimum & potentissimum SVÆCIAE re-
gem D. CAROLU M p.m. propter varia seruitia
maritima, præsertim in bello Livonico, in magna esti-
matione esset, à Reg. Majest. singulari vectigalis Pri-
vilegio in regno Svecico donatus est. Aviam paternâ
piè defunctus habuit ANNAM Wincken/ muliebrium
virtutum exemplar evidenter, quartam & ul-
timam piè mortui MATTHIAE vom Lohn/ senioris con-
jugem per gratam. Proavis paternus ei fuit JOHAN-
NES vom Lohn / Vir strenuus & Nobilis in ducatu
CLIVIORVM, in Snappenbaum & Sturlein)
penes Goch & Wese hereditarium. Proavia illius pa-
terna fuit ANNA Grusen/ ex florentissima ejus duca-
tus & nobilissima CRVSIORVM ibi nota prosapia,

ZOVIVS, civis hujus urbis primarius, qui ex nota
primaria KOLTZOVIORUM familia prodiit.
Aviam maternam agnovit URSULAM Dreswes/
qua ex praeclaris & vetustis der Dreswesen/Snieden
vnd Kronen familiis originem trahit. Proavus ma-
ternus COSMUS Kolzow exstittit, vir dum in vivis
esset, inter cives hujus urbis non postremus. Proavia
materna ANNARADENICIA matrona optima &
honestissima. Ex hisce modo nominatis parentibus &
majoribus, hic pie defunctus puerulus natus est. Et
quamvis longioris vita spem in hoc recenti & novello
conjugii germine parentes conceperint, optassent, & si-
bi promisissent, tamen Deo aliter visum est, qui non
diutius hunc tenerrimum flosculum, inter tot tristissimi
hujus seculi varias & arumosas tempestates rerum
omnium, hinc inde agitari, ac procellarum conuassa-
tiones affligi, & astus belli continuos tribulari: sed in
quietam omnium piorum consuetudinem & portum
beatissima vita transferri voluit. Ut enim flosculi hoc
tempore verno succrescant, caput ex terra elevantes:
Ita hic flosculus capite in terram demisso, crescere desit
& exaruit. Nam cum ante sex septimanas à papulis,
quibus mirum in modum hic puerulus vexatus, divi-
na benedictione liberaretur, eheu! ante duodecim dies
in variolorum morbum incidit: & cum hic morbus
paullulum remitteret, statim febris subsecuta, cum tuſſe
vehe-

sculum jam denati plancē enerūrunt; **E**tia uulnus
medicamentis frustra, præterito die Lunæ circa horam
septimam vespertinam in plenilunii statione seu hora
piè, placidè, in multorum adstantium præsentia, absq;
ulla membrorum convulsione, **E**ntra mortis indicio
Ehorrore finem vivendi inter mortales fecit. Meritò
parentes filioli hujus immaturum obitum deplorant:
Siquidem eximia in illo conspexerunt dona, quibus
maximo perfusi gaudio: Imò quia jam secunda vice
sortem conjugii maxima animi consternatione experti
sunt, ut enim ante biennium mors dira parentes filiolo
MATTHIA, qui tantum annum cum dimidio absoluit,
Ebona spe parentes privavit: ita **E**cclis nondum
duos annos finivit.

Verisimile sane est, quod hæc ultima verba præ
se ferunt: pios parentes, priori vulnere ex obitu
primi filioli accepto vix dum consanato, nunc
etiam altero sanciatos, gravissimo dolore affici. Sed
quid faciant & ipse pater, viralij consolationem
adferre solitus, & in eo genere exercitatus sibi ipsi
nequaquam deerit nec sinet conjugem eo gra
vius, quam decet, cruciari. Si enim nebulam re
centis doloris paulisper discusserit, aliquo ratio
nis inferioris radio, videbit in puro isto sapientiæ
Christianæ coelo Deum cœli terræq; ut condito
rem, ita rectorem providentissimum, atq; arbî

erijudicatum, ut neq; mortal is pater filium, sollicitudine majori observet, neq; cura accurati or prosequatur, neq; amore ardenter diligat, quam cœlestis ille pater facit. Quid ergo putamus? is, qui ne capillum quidem sinet, ex capite in terram defluere, non passerculum in terram cadere, sinat puerulum ex pijs & Christianis parentibus, natum sine suo nutu interire? minime id vero: Deus est, cuius potentiam nulla mortis aut fati violentia coercent: pater est, qui nihil, nisi cum cura & labore paterno conjunctum, filio contingere permittet. Quid ergo animum patris humani quidem, sed & Christiani doctoris possit in obitu filioli commovere, qui ista de Dei arbitrio habent cognitissima? Sed id quoq; consideretur quanta sit vis necessitatis, θεοῖς ἄπαντα καθανάτου ὁφέλεται, Debemus morti, nos nostraque; nec fuit aut erit quisquam, cui hoc fatale debitum, à natura contractum, non sit persolvendum? Quid ergo doleamus id à nobis exigi, quod jure exigitur, quod necessario dandum? Malus miles qui imperatorem gemens sequitur, inquit ille: Imo manus debitor est, qui soluit invitus, quod in diem creditum est, nec retinere licet. Quid mirum, si vindicatur quod fissile est? Si cera ab igni liquefiat? ligna urantur? quod mortale est

moria-

moriatur? Cur malignemur, si nat auquando, quod nunquam non fieri videmus. At puer erat bona spei, bona in dolis? potest vero etiam bona seges spem mentiri; multa sunt, quæ etiam bona spei, bona in dolis promissa intercipiunt; & ex quibus gaudia promittuntur parentibus, non raro majoris luctus causæ existunt. Co-
gitentur hujus temporis eventa, pericula, incom-
moda, non tantum illa belli & calamitatum ex
bello nascentium, quamvis & illa gravissima sunt
& metuenda) sed etiam ista pacis, imo inter studio-
rum liberalium sectatores & cultores, qui ut ab
otio illo honesto dicti sunt Scholastici, ita sui no-
minis honorem studiose implere debebant. Nunc
videmus ea nescio quo, quam pestilenti sidere, ex-
citata pericula, & incomoda, ut multo inter-
dum sit satius filio exequias parare, quam in Scho-
lam deducere, in Academiam mittere, studijs con-
seferare, Musis commendare. Quod si fatali qua-
dam benignitate, pericula & scopulos illos Aca-
demicos evaserint absq; naufragio, habent qui-
dem parentes, quod sibi, quod ipsis gratulentur:
Sin vero aliquid sinistri evenerit, qui dolor, quæ
ægritudo sollicitis parentibus adfertur! quam ve-
lint, quam optent filiolum, ex eunis potius ad se-
pulchrum quam ex Academia efferri. Sed exem-
plum inspiciamus omnibus exemplis' majus:

Actus

Natus erit in cruce regem honoris, mortuus enim,
sepultus est, filius Mariæ: quid mater numquid gla-
dius animam ipsius hoc spectaculo non penetravit?
At resurrectio filii eam triduo post recreavit; Re-
creabit etiam suos parentes hic puerulus, è pulvere
terræ surrecturus, & ut membrum Christo capiti
in corpore adhaerens. Sed vos, Academicci cives,
hortandi estis, ut vestra quoque præsentia parenti-
bus, obitum filioli ægre ferentibus, vestram ope-
ram navare, velitis. Erit hoc illis solatio, erit no-
bis honori alijs emolumento. Fiet conventus
in templo S. Petrino ad horam primam. Ad
hanc igitur ut frequentes conveniatis, & Rem-
pub. utramque, & provinciam totam Deo commen-
detis, officiose rogo. P. P. Rostochij die 23.

Martij Anno Domini 1638.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770976123/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770976123/phys_0016)



moriatur? Cur malignemur, s-
do, quod nunquam non fide-
puer erat bona spei, bona indoli-
am bona seges spem mentiri;
etiam bona spei, bona indolis
piunt; & ex quibus gaudia pro-
tibus, non raro majoris luctus ca-
gitentur hujus temporis eventa,
moda, non tantum illa belli &
bello nascentium, quamvis & illa
& metuenda) sed etiam ista pacis,
rum liberalium sectatores & cu-
otio illo honesto dicti sunt Scho-
minis honorem studiose implere
videmus ea nescio quo, quam pe-
citata pericula, & incomoda:
dum sit satius filio exequias parar-
lam deducere, in Academiam mi-
sefere, Musis commendare. Q
dam benignitate, pericula & sce-
demicos evaferint absq; naufrag
dem parentes, quod sibi, quod i
Sin verò aliquid sinistri evenierit,
ægritudo sollicitis parentibus ad-
lent, quam optent filiolum, ex e
pulchrum quam ex Academia est
plum inspiciamus omnibus e

